

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

nec **L. Crassum** eloquentem putauit: habuit profecto comprehensam animo quandam formam eloquentie: cui quoniam nihil deerat eos quibus aliquid aut plura deerant in eam formam non poterat includere. Inuestigemus hunc igitur **Brute** si possumus quem unquam vidit **Antonius** aut qui omnino nullus unquam fuit. quem si imitari aut exprimere non possumus: quod idem ille vix deo concessum esse dicebat: artamene quibus esse debeat poterimus fortasse dicere. Tria sunt omnino genera dicendi quibus in singulis quidam floruerit per æque aut id quod volumus perpauca in omnibus. Nam & gradilopui (ut ita dicam) fuerunt cum ampla: & sententiarum grauitate: & maiestate verborum vehementer varii: copiosi: graues ad permouendos & conuersos aios instructi & parati: quod ipsum alii aspera: tristi: borrida oratione: neque perfecta neque conclusa. Alii leni & instructa: & terminata. Contra tenues: acutiore: & dilucidiora non ampliora facientes: subtili quadam: & pressa ratione limata. In eodemque genere alii callidi sed ipolitii: & consulo rudiuz similes & imperitorum. Alii in eadem ieiunitate concinniores. i. faceti florescentes etiam & leniter ornati. Est autem quidam iteriectus: itermedius: & quasi temperatus: nec acumine posteriorum: nec fulmine veterum superiorum: vicinus amborum: in neutro excellens: vtriusque particeps: vel vtriusque si verum querimus potius expertus. Itaque vno tenore (ut aiunt) in dicendo fluuit nihil afferens preter facultatem & æqualitatem: aut addit aliquos: ut in corona toros omnemque orationem ornamentis modicis verborum sententiarumque distiguit. Horum singulorum generum quæcumque vim singulis consecuti sunt: magnam in oratoribus nomen habuerunt. Sed querendum est satis ne id quod volumus effecerint. Videmus enim fuisse quosdam qui idem ornate ac grauitate: idem veritate & subtiliter dicebant. Atque vti in latinis talis oratoris simulacrum reperire possemus: esset egregium non querere externa domesticis esse contentos. Sed ego idem qui in illo sermone nostro qui est expositus in **Bruto**: multum tribuerem latinis: vel ut hortarer alios: vel quod amarem meos recordor longe omnibus unum anteferre **Demosthenem**: qui vim accomodare ad eam quam sentiam eloquentiam non ad eam quam in aliquo ipse cognouerim. Hoc nec grauior extitit quisquam: nec callidior: nec temperatior. Itaque nobis monendi sunt: quorum sermo imperitus increbuit: qui aut dici se desiderant antiquos atticos: aut ipsi attice volunt dicere: ut mirentur hunc maxime quo athenas quidem ipsas magis credo fuisse atticas: quid enim sic atticum dicant: eloquentiamque ipsius viribus non imbecillitate sua metiantur. Nunc enim tam quisquam laudat quantum se posse sperat imitari. sed tamen eos studio optimo iudicio minus firmo preditos docere quæ sit propria laus atticorum non alienum puto. Semper oratorum eloquentiam moderatrix fuit auditorum prudentia. Omnes enim qui probari volunt voluntatem eorum qui audiunt intuentem ad eorum & ad eorum arbitrium & nutum totos se fingunt & accomodant. Itaque **Charia** & **Phrigia** & **Mytia**: quæ minime polite minimeque elegantes sunt asciuerunt aptum suis auribus operam unum quoddam: & tanquam adipale dictionis genus: quæ eorum vicini non ita lato interiecto mari **Rhodi** nunquam probauerunt. **Græci** autem multo minus: **Athenienses** vero funditus repudiauerunt: quorum spiritus fuit prudens sincerumque iudicium nihil: ut possent nisi in corruptum audire & elegans. Eorum religioni quam feruere orator nullum verbum insolens: nullum odiosum ponere audebat. Itaque hic quem prestissimum diximus. cæteris in illa pro **Ctesiphonte** oratione longe optima summis a primo. dein duobus de legibus disputat pressius: post sensum incedens: iudices ut vidit ardentes in reliquis exul. aut audaci? Ac tamen in hoc ipso diligenter examinasse: verborum omnium pondera reprehendit **Æschines** quedam & exagitat illud esse: dura: odiosa: intolerabilia esse dicit. Quæ tamen querit ab ipso quam quidam eum beluam appellat vtrum illa verba: an portenta sint: ut **Æschini**: ne **Demosthenes** quidem videat attice dicere. Facile est enim verbum aliquod ardens (ut ita dicam) notare: idque restinctis iam animorum incedens irridere. Itaque se purgas iocatur **Demosthenes**: negat in eos politas fortunas gratias: in hoc: in eum: huc an illum manum porrexerit. Quæ igitur modo audiret **Myllus**: aut **Phrix** athenis: quam etiam **Demosthenes** exagitat: ut putidus. Quum vero indigna viulanti voce more asiatico canere cœpisset: quis eum ferret. aut quis potius non iuberet auferi. Sed ad atticorum igitur aures teretes: & religiosas qui se accomodant: non sunt existimandi attice dicere. Quorum genera plura sunt. bi unum modo quale sit suspicant. Putant enim qui horride inculteque dicat modo id eleganter enudateque faciat: eum solum attice dicere. Errant quæ solum: quod attice non fallunt. Istorum enim iudicio si solum illud est atticum: ne **Pericles** quidem dixit attice: cui primæ sine controuersia deferebantur. Qui si tenui genere uteretur. nunquam ab aristotele poeta fulgere: tonare. permiscere gratiam dicitus esset. Dicat igitur attice venustissimus: ille scriptor: ac politissimus **Lysias**. Quis enim id possit negare: dum intelligamus: hoc est atticum in **Lysia**: non quod tenuis sit atque inornatus: sed quod nihil habeat insolens: aut ineptum. Ornate vero: & grauitate & copiose dicere: aut atticorum sit: aut ne sit **Æschines** neue **Demosthenes** attice? Ecce autem aliqui se turbididios esse profitentur nouum quoddam & imperitorum: & inanditum genus. Nam qui **Lysiam** sequuntur: causidicum quendam sequuntur: non illum quidem amplum: atque grande: subtile & elegantem tamen: nec qui in forensibus causis possit preclare constituere. **Thucydides** autem res gestas & bella narrat: & prelia grauitate sane & probe: sed nihil ab eo transferri potest ad forensem usum: & publicum. Ipse ille contiones ita multas habent obscuras abditaque sententias: vix ut intelligantur quod est in oratione cuius viciu vel maximum. Quæ est autem in hominibus tanta peruersitas: ut inuentis frugibus: gladii de vescantur: aut victus hominum atheniensium beneficio extolli potuit: oro non potuit. Quis porro unquam graecorum rebetorum a **Thucydide** quicquam duxit: At laudatus est ab omnibus fateor sed ita ut rex explicator prudens seuerus: grauis: non ut in iudiciis versaret causas sed ut in historiis bella narraret. Itaque nunquam est numeratus orator. Nec vero si historiã non scripsisset: nomen eius extaret quam presertim fuisse honorat? & nobilis: huius tamen nemo: neque verborum: neque sententiarum grauitatem imitatur: sed quam vtilia: quedam: & bi antea locuti sunt quæ vel sine magistro facere potuerunt: germanos se putant esse **Thucydides**. Nactus sum etiam qui **Xenophontis** similem esse se cuperet: cui sermo est ille quidem melle dul-

Quænam:

"consistere"